ei dictis Bonis modo praemisso praesentibus per se Inscripti obligatis et ratio
ne evinctionis ab omni et quavis impetitione Iudiciaria quorumvis Personarum cu
ius status et conditionis cuiuscunque existentium. in omni Iudicio et officio Regni exo
nerare toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare
eundemque eiusque Posteros reddere nec non Bona praefata praesentibus ipsi obligata ab
omnibus Inscriptionibus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus in eadem Bo
na obligatis factis et faciendis tum etiam quibusvis Citationibus in eadem Bona
impetratis et impetrandis lucris itidemque petitis processibusque Iuris quibusvis singu
lisque pendentibus et iam dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et ob
tinendis in dictisque Bonis obligatis perductis et perducendis evincendo et eliberare
eundemque eliberata semper facere tenebitur. Ad etiam Intromissionem praefatam coram
officio praesenti admittere dum per Ministerialem et nobiles officio requisitum intromitte
re vero debebit ac tenebitur eandemque et effectualiter dare et admittere datam
atque admissam eidem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam
per se quam per suos quosvis subordinatos et subordinatas personas non prae
pedire nec adimere Ipsumque obligatarium suum et eius Successores in eisdem Bo
nis obligatis tam in parte quam in toto non inquietari Sed ut eadem Bona
obligata praedictus obligatarius suus suis cum Posteris quiete et pacifice tene
re et possidere possit usque ad Exemptionem Bonorum praefatorum et Summae su
pra scriptae totalis integre ac exclusive realem et plenariam persolutionem
Idque sub vadio similis Summae Centum et Decem Florenorum pecuniae polonicalis
per praefatum Agentem nobilem Stephanum Marchwoski aut eius Successores praedicto no
bili Stanislao Stnicki Iaroszewicz obligatario suo eiusque Posteris obnoxie complecio
nem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quo
ties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo prae
misso ad solvendum succumbendo ac pro re altera principali ex praemissis non
completa complendisque praemissis Citatus ex Inscriptione Agens nobilis Stephanus
Marchwoski Poznań sive ipsius Successores Ad Instantiam supra scripti nobilis
Stanislao Stnicki Iaroszewicz obligatarii sui aut eius posterorum Ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense evocatus necnon suprascripto quo
ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tam
quam peremptorio stare Iuri parere Respondere vadiumque praetactum luere
Inscriptioni suae satisfacere ac omnem Iudiciariam pati debebit ac tenebitur
seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum
peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Causae Terminos semper
peremptorios nec infirmitate pro maiori minorennitate Successorum le
gationis intra vel extra Regnum Servitio militari utrumque ad Curiam

vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad
Quietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis Delatio
nem sibi non recipiendo nullasque Inductiones Appellationes ac causae prosecutio
nes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Exceptionibus
Inscriptionibus Dilationibusque Iuris praescriptionibus Terrestri bello conventionibusque ceteris
omnibus Iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo nec evadendo Ipse sua
personali et spontanea Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Stnicki Consorti suae Reformat:-

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitane
alibus Premisliensibus Nobilis Stanislaus Stnicki Iaroszewicz sanus mente et corpore existens
a Iure is Districtibus Iure Iuribus Iuris dominusque suis quibusvis propriis et competen
tiis recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo
ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totali
ter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam publice libere ac per
expressum Recognovit. Quia ipse nobili Anastasiae olim nobilis Stanislai Straiko
wski Stankiewicz Filiae Consorti vero suae tenetur ac eius Posteris Summam Centum
Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis quolibet
Florenum grossis triginta polonicalibus computando ratione vero Dotis et Expe
ditionis quam debitis Paternis et Maternis concernentem cum eadem Consorte sua Concubii
et in Domum suam importavit Item et aliam similem Summam Centum Florenorum
polonicalium ratione Contra vero iusti et legitimi Dotalitii ei et super tota et integra
medietate omnium et singulorum Bonorum suorum hereditariorum et obligatorum
mobilium et immobilium ac summarum pecuniariarum Bonorumque Stanislai Argenti Clenodiorum
Unionum Vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum ac totius Suppelle
ctilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae de Iure Dotavit dotalicia
vit Inscripsit et Reformavit prout praesentibus dat Dotat dotaliciat Inscribit
et reformat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum bonorum suo
rum eadem nobilis Consors sua cum omni eorundem Bonorum Iure Dominio et pro
prietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis
obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter omnibus nihil excipiendo
tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur Iure ac more alia
rum Reformationum hactenus et iuribus in Regno observari solitarum Ipse sua prae
senti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Trzinski Collegio Premislien Soc. Iesu Censum Annualem Inscribit